Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

deoq; singulari seruire cepissent: Altera est igitur iusticie pars eqtas
Equitatem dico non utiq; bene iudicandi: quod et ipsum laudabile est
in homine iusto. sed secum ceteris coequandi: quam Cicero eqitatē vocat.
Deus n. qui homines generat. omnes equos. i. pares esse ipse voluit: Unde
conditionem uiuendi omnibus posuit: omnes ad sapiam genuit: omni
bus immortalitatem spospondit: Nemo a bōficijs eius celestibus segregatur:
Nam sic omnibus vmcū suū lumen eqliter diuidit: emittit omnibus fotes
victum subministrat: quietam somni dulcissimā tribuit: Sic omnibus eq
tatem uirtutemq; largitur: Nemo apud eum seruus est: nemo dominus:
Si n. cunctis idem pater est: equo uire omnes liberi sumus: Nemo deo pauper
est: nisi qui iusticia indiget: nemo diues: nisi qui uirtutibus plenus est: ne
mo denq; egregius: nisi qui bonus & innocens fuerit: Nemo clarissimo
nisi qui omnes gradus uirtutis impleuerit: Quare neq; romani neq;
greci iusticiam tenere potuerunt: Quia dispares multis gradibus homines
habuerunt: A pauperibus ad diuites. ab humilibus ad potentes. a priuatis de
inde usq; ad regū sublimissimas ptates: Vbi n. nō sunt similes pares: eqtas
nō est. ac excludit meqlitas iusticiam ipsam: cuius uis omnis in eo: ut
pares eos faciat: quia ad huius uite conditionē pari sorte venerunt:

Equalitas q uirtus sit:

Largiter

XVI.

O Vobis igitur illius iusticie fontibus immutatis omnis uirtus
& omnis veritas tollitur: & ipsa iusticia remigrat in celū:
Ideo non est verum illud bonum a philosophis repertum. Quia
ignorabant. vel unde oriretur vel quid efficēt. Quod nullis alijs preter
q̄ nō pplō reuelatum est: Dicit aliquis nomine sunt apud vos. alij pauperes.
alij diuites. alij serui. alij domini: Nomine inter singulos. aliquid interest:
Nihil: nec alia causa est: cur nobis inuicem fratrum nomen imponamus
insiquia pares esse nos credimus. Nam cū omnia humana non corpore.
sed spiritu metiamur: tam & si corporis diuisa conditio: nobis tamē seruiū nō
sunt. sed eos & habemus & dicimus spū fratres. religione conseruos: Di
uitie quoq; non faciunt insignes: ni q̄ possunt bonis opibus facere cla
riores. Diuites sunt n. non quia diuitias habent: sed quia utuntur illis ad
opa iusticie: Et qui pauperes iudentur: cotinē diuites sunt. Quia & eget
& nihil concupiscunt. Cum igitur & liberi seruis & diuites pauperibus hu
militate aī pares simus: apud deum tamen uirtute discernimur: Tanto
quisq; sublimior est: q̄to iustior Si n. iusticia est parem se & inferioribus fa
cere q̄q̄ hoc ipso precellit. q̄ se inferioribus coequat tamen si non tantū q̄ pa
rem: sed & minorem se gessent: utiq; multo altiorem dignitatis gradum
deo iudice consequeretur: Nam profecto in hac uita seculari quoniā breuia

Qui diuites.